

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Frankofurti, 1625

Thema XCII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

THEMA XCII.

Esa. 38. v. 17.

Ecce angebar de consolatione valde. Tu vero amasti animam meam, ne periret. Peccata enim mea proiecisti post tergum tuum.

DISPOSITIO.

Verba sunt hæc Regis Jehiskiz, desumpta ex scriptura (sic enim textus vocat) illa Eucharistica, quam composuit & conscripsit Domino Deo suo, postquam sanitati restitutus fuit & prorogationem vitæ ad annos 15. impetrauit.

Eleganter autem expressit, & quasi depinxit Rex, quæ fuerint ipsius cogitationes, cum nuntium mortis accepisset. Et inter cætera his verbis ostendit, quantæ in corde ipsius fuerint anxietates, & quam necessaria fuerit ipsi consolatio diuina. Verba autem sunt admodum prægnantia & notatu dignissima.

Videbimus ergo 1. Hiskiam anxiu de consolatione, & quæ tam anxie desideratæ consolationis causa.

2. Quomodo subsidium animæ in tantis angustiis inuenit. Wie ihme geholfen worden.

I. Pars.

Ecce, inquit, omne tibi cor meum aperio, & dico quod res est. Non possum enim recitare, quis fuerit tum affectus cordis mei. Tu vero obserua. Quid igitur?

Anxius eram, & solcite desiderabam consolationem. Cui singulari consolatione opus, eum certe a afflictum & satis perturbatum esse necesse est. At auget angustias illas cordis, vocula valde. Sehr bang war mir vmb Trost. Quid igitur erat, quod requirebat eam, quam anxie expectabat consolationem.

Multa sane ipsum bonum Regem affligebant.

1. Mox præmatura: quam deplorat apud se, vers. 10.

T 4

2. Sta-

2. Status regni calamitosus cum iam modo regnum vastasset Assyrius.

3. Metus causa religionis, iam primum restituta, ne iterum ipso mortuo populus ad idololatriam consuetam deflueret.

4. Carentia proles & successoris atque hæredis regni. Quia Manasse ipsi nondum erat natus. At hæc omnia facilius superare poterat, & inuenire consolationem.

Aliud autem est, quod magis angebat, & cuius rei causa singulari consolatione opus habebat: quod mox exprimit, mentionem faciens suorum peccatorum. Hoc hoc erat, quod ipsum ægrum maxime afficiebat. Metuebat enim ne peccatis Deum offenderet singulariter, quod ipsi vitam sic abbreviaret. Metuebat iram Dei propter peccata. Hic opus solatio, Scit enim id Psalm. 56. v. 24.

Lo e v s. Discimus quæ maxima sit anxietas, quæ cura & sollicitudo maxima piorum, hæc scilicet, vt peccatorum suorum consequantur remissionem. Ideo tantum sunt solliciti de peccatis, præsertim vero morituri. Sed & alius omni tempore.

Psalm. 32. asserit, Omnes sanctos orate pro remissione peccatorum. Hinc anxie illæ preces, Dan. 9. v. 4. & sequentibus. Dauid Psal. 51. v. 3. & 9. Miserece. Publicani, Luc. 18. Propitius esto.

Estque hoc certum indicium hominis pii: si angatur de peccatis sæpius, & consolationem quærat.

Securi n. homines de peccatis suis nihil solliciti sunt, imo etiam in peccatis lætantur. Vide in Hierem. 11. v. 15. Sic sind uoch guter Ding drüber. Imo multi non afficiuntur, sed gloriantur in peccatis, sicut illi in Sodomis testis Propheta, Esa. 3. v. 9. De his actum est. Quia enim non sunt solliciti de peccatis, etiam non de peccatorum remissione cogitant, sicque cum Saule in peccatis moriuntur, 1. Paralipom. 11. v. 13. Nam de ipso non legitur, quod peccatorum remissionem unquam petierit. Tantum de suo honore & regno erat sollicitus, vt patet 1. Samuel.

mucl. 1. 5. v. 24. Erat enim hypocrita, quod manifestum est ex vers. 30.

Contra vide quam sollicite David petat sibi remitti suum peccatum, 2. Sam. 42. v. 10.

Ideoque & nobis cauendum, ne simus securi, & ne patiamur dormire peccatum in foribus, Genes. 7. v. 7. sed ut semper cum timore & tremore operemur salutem, Phil. 2. v. 12. Syr. 5. v. 5 Non sis securus.

Mox conuerte te ad Dominum, & quære consolationem. Quæ ubi inueniantur, iam sequitur.

I. Pars.

Solicitus est Rex noster, vbi velit accipere consolationem, de remissione peccatorum suorum.

Fidelis itaque Dominus non sinit ipsum desperare. Ideoque sic ait: Tu vero amasti animam meam. Verba in Germ. vers. sunt *imparadoxes*. Noluisti perire animulam meam afflictissimam. Du hast dich ihr herzlich angenommen. Omnem tuam misericordiam communicasti animæ meæ, & aperuisti illi *σπλάχνα ἐλέως*. (Luc. 1. v. 78.) ne perires in æternum. Quomodo igitur Dominus huic malo inuenit remedium, aut quodnam? Proiecisti omnia mea peccata post tergum tuum. Similitudine vitur, vel *ἀφ' ἑσπερας πρὸς πᾶσι* supra à gestu humano, quo ea, quæ auersamur, tanquam molesta & odiosa, reiciimus post tergum, ut pote perpetua obliuione delenda. Sic, inquit, delere voluisti peccata mea, ne in conspectum tuum veniant ultra. Et omnia quidem peccata mea sic abiicisti. Hæc vera mihi erat consolatio. Et id demonstraisti mihi, non tantum (per Prophetam) verbis annuncians tuam gratiam, & precum mearum exauditionem, sed etiam stupendo miraculo: sole retrogrado.

Locvs Insignis est hæc consolatio, qua vix maior esse posset, & magis grata cordi anxio.

1. Videmus enim quam verum sit illud, Psalm. 51. v. 13. & Esai. 66. v. 2, quod cor contritum & humilium

T 5 De u

Deus non aduerferur, sed proxime ad sit contritis, Esa. 57. v. 15.

2. Et quod nunquam sit concessurus in æternum, ut una pereat animula hominis pii atque poenitentis. Vere enim amator animarum est, Sap. 11. v. 24. atq; iuramento confirmat, se nolle ut pereat vnus, Ezech. 18. v. 23. & 3. v. 11. Huc etiam pertinent ea, 1. Tim. 1. v. 15. & 1. Tim. 2. v. 4. 2. Pet. 3. v. 9. & Matt. 18. v. 14. Parabolæ, Luc. 15. v. 4. & 8. & 11.

3. Animæ autem saluandæ conuenientius remedium non potest adhiberi, quam si peccata remittantur. Beatus talis, Psal. 32. v. 1. & 2. Itaque peccati remissione nulli poenitenti dubitandum: ex his fundamentis, Esa. 43. vers. 25. Psal. 103. v. 12. & 145. v. 8. & 108. v. 4. Esa. 44. v. 22. & 53. Jerem. 3. v. 12. & 31. v. 34. Thren. 3. v. 22. Mich. 7. v. 19. Matth. 18. v. 11. Rom. 4. in fine & 5. v. 21. Rom. 8. v. 1. & 11. v. 32. 2. Corin. 5. v. 21. 1. Joan. 1. v. 8. & v. 9. & 2. v. 2. & 3. v. 5. 1. Tim. 1. v. 15. Et infinita alia. Sic dicere possumus illud, Psal. 73. v. 26. Et beatus qui fide hæc amplectitur.

F I N I S.

T H E M A X C I I I.

Esa. 40. vers. 6.

Omnis caro fœnum, &c. qua sequuntur vsque ad vers. 9.

N O T A N D U M.

Hic locus Esaïæ, quem Petrus repetiit. 1. Pet. 1. v. 24. integer tractatus est supra, peculiari dispositione, in I. parte Promptuarii Exequialis, in Appendice illa proluxa Classis VI sub Num. Thematis XXVII. & XXVIII. Vide ibi Pag. 518.

I. Pars.

Porto eadem similitudo de fœno & gramini, siue floribus, tractata est in eadem Appendice Classis VI. non semel, sed aliquoties.

De